

THESES IVRIS CIVILIS
DE
FIDEIVSSIONE TACITA
SEV
QVASI FIDEIVSSIONE

AD LEGEM II. PR. D. ADMVNICIPAL

Q V A S
P R A E S I D E

CHRISTOPH. LVDOV. CRELLIO IC^{TO}
POTENTISSIMI REGIS POL. ET PR. ELECT. SAXON
CONSILIARIO AVLICO COD. P. P. ORDINARIO
CVRIAE PROVINCIALIS ITEMQUE CONSIST
ECCLESIAST. ET SCABINATVS ASSESSORE
ORDINIS IVRIDICI
H. T. DECANO

DIE XVI. IVLII
A. Q. S. P. EST cId Id ce LIII

IN AVDITORIO ICTORVM
AD DISPVTANDVM PROPONET
CAROLVS FRIDERICVS RICHTER
GEYSINGA-MISNICVS

VITEMBERGAE

EX OFFICINA SCHEFFLERIANA

Diss. jur. civ.

206, 92

INSTITUT FÜR ANATOMIE
UND PHYSIOLOGIE
DES MENSCHEN

UND DER TIERE
VON
H. V. SIEBEL

LEHRBUCH
DER ANATOMIE
UND PHYSIOLOGIE
DES MENSCHEN
UND DER TIERE
VON
H. V. SIEBEL

LEHRBUCH
DER ANATOMIE
UND PHYSIOLOGIE
DES MENSCHEN
UND DER TIERE
VON
H. V. SIEBEL

LEHRBUCH
DER ANATOMIE
UND PHYSIOLOGIE
DES MENSCHEN
UND DER TIERE
VON
H. V. SIEBEL

1-210-1



I

Olim fideiussiones non solum INTERROGATIONEM et RESPONSIONEM, sed etiam VERBA SOLEMNIA, desiderabant. LEO autem et IVSTINIANVS non quidem interrogationem et responsionem in stipulationibus sustulerunt, sed hoc tamen permiserunt contrahentibus, vt QVIBVSCVNQVE VERBIS, congruis vero et consensum luculenter declarantibus, respondere possent promissores ad interrogationem stipulatoris. *L. 10. C. de contrab. vel committend. stipulat. et §. 1. D. de V. O.*

II

Iure Ciuili igitur mansit, etiam post IVSTINIANVM, aliquod discrimen inter pacta nuda et stipu-

) 2

stipu-

☉ * ☉

stipulationes, quum hae sine interrogatione et
responsione contrahi vix possent. *Cocceius de
usu et differentia hodierna pactor. et stipulation.
Dissentit a Leyser Meditat. ad Pandect. Specim.
XXXIX. medit. V*

III

Veteres non tam anxie desiderarunt verbo-
rum solemnitatem in stipulationibus, si fi-
nis ille, propter quem solemnitas ista introdu-
cta est, alia ratione satis manifeste obtineri pos-
set. Hinc **CONSENSVS TACITVS**, etiam ante
IUSTINIANVM, in stipulationibus effectu non
caruit. *§. 5. I. de inutil. stipulat*

III

Certe admissa est **TACITA FIDEIVSSIO** seu
QVASI FIDEIVSSIO, vi cuius ille **PERIN-
DE AC FIDEIVSSOR** tenetur, qui **FACTO LYCV-
LENTO**, quod aliam interpretationem vix admit-
tit, declaravit, **SVA FIDE ET SVO PERICVLO**
futurum, quod alius debet

V



V

Igitur si filiusfamilias voluntate patris decurio
creatur, vniuersis muneribus, quae decurio-
ni filio iniunguntur, obstrictus est pater, QVASI
FIDEIVSSOR pro filio, quamuis interrogatio
et responsio non interuenerit. Consensisse au-
tem pater decurionatui filii videtur, si praesens
nominationi non contradixit. Proinde quicquid
in republica filius gessit, pater, VT FIDEIVSSOR,
praestabit. *L. 2. pr. D. ad municipal.*

VI

IURE PRAETORIO introductum est CONSTI-
TUTVM, VT NVDO PACTO suscipi posset
OBLIGATIONIS ALIENAE PERICVLVM. *L. 1.
D. de constit. pecun. et L. 27. D. eod.* Sed etiam
IURE CIVILI obtinuit, vt quis posset OBLIGA-
TIONI ALIENAE accedere absque stipulatio-
ne, si quis consensum suum FACTO LVCVLEN-
TO et indubio declararet. *L. 2. pr. D. ad municipi-
pal.* In primis si FAVOR CAVSSAE vel AE-
QVITAS manifesta suaderet vt periculum obli-
gationis alienae ad quasi fideiussorem spectaret

IX

X 3

VII



VII

Qui TACITE ipso facto fideiubet, aequè ac fideiussor BENEFICIIS FIDEIUSSORIIIS vtitur, nimirum exceptione ordinis, diuisionis et cedendarum actionum

VIII

Pater tenetur propter mutuum, quod filius contraxit, si voluntate eius, quamuis tacita, mutuum contractum est. *L. 7. §. 11. D. de Sct. Macedonian.*

IX

Si pater non contradixit, quum audiret, filium quasi mandato eius mutuum contrahere, obligatur, TACITO CONSENSV. *L. 16. D. de Scto Macedon.*

X

Pater videtur TACITE consensisse, vt filio ea pecunia crederetur, quam ipse SOLEBAT filio subministrare. *L. 7. §. 13. D. de Scto Macedon. L. 2. C. eod.*

XI



XI

Pater tenetur **QVASI FIDEIVSSOR**, si filius aliqui damnum iniuria dedit, vel poena afficiendus fuit, quae in mulctam conuersa est: sed mulctam aut damnorum aestimationem soluere tantum cogitur ex substantia bonorum, quorum proprietates ad filium, vsusfructus ad patrem, pertinet, non vero ex suis bonis. *Decis. Elect. nouiss. XXXVI. de die II. Iul. a. 1746*

XII

Est aliud exemplum **FIDEIVSSIONIS TACITAE** seu **QVASI FIDEIVSSIONIS**, si quis **SCRIPSERIT**, se pro alio interuenisse. Perinde enim habetur, ac si interrogatione praecedente fideiussisset. *§. 16. et 17. I. de Inutil. stipulat. §. vlt. I. de fideiussor. et L. 134. §. 2. D. de V. O.* Sola enim praesentia fideiussoris desiderata est

XIII

Si quis **DOLOSE** et sciens debitorem obaeratum, qui soluendo non est, quasi locupletem, cui sine periculo credi possit, specialiter alteri

com-



commendat, QVASI FIDEIVSSISE censetur.
Decis. Elector. XLII. Igitur

Si quem commendes, etiam atque etiam
adspice, ne mox
Incutiant aliena tibi peccata pudorem ^{a)}

XIV

Qui alteri actionem suam aduersus debitorem
suum vendidit, non videtur TACITE pro
debitore FIDEIVSSISSE. *L. 4. D. de heredit. vel
action. vendit.* VERITATEM enim nominis, non
BONITATEM, praestare cogitur, hoc est, debi-
torem verum quidem, sed non locupletem. *dict.
L. 4. D. de heredit. vel action. vendit*

XV

Qui alteri debitorem suum ASSIGNAT, ipse ni-
hilominus tenetur, si debitor assignatus
non sit soluendo, nisi NOVATIO SCRIPTA inter-
uenerit, per quam debitor assignans, accepta
apocha, liberatur. *vid. Mandat. Reg. Pol. Ele-
ctor. Sax. d. die 23. Sept. Anno 1699.*

^{a)} Horat. lib. I. epist. 18. v. 76.

